

M· MANTVAE  
BONAVITIIV·  
RISCONSULTI  
PATAVINI

O B S E R V A T I O ·  
N V M L E G A L I V M  
L I B R I X .  
\*

I N S E R T A h i s e t i a m b r e u i C e n t u r i a d e  
l o c i s t o p i c i s .

A D I E C I M V S præterea eiusdem Isago-  
gicum perquām breuem modum, ad tol-  
lendos ferè quoscunq; , licet inexplicabi-  
les, argumentorum nodos.

num. 43.  
caro. 9.  
num. 16.



Lugduni excudebant Godefridus &  
Marcellus Beringi, fratres,  
M. D. XLVI.



Call. Spec. Thes. Salm. ex dono P.

# IOAN<sup>N</sup>. MARIVS

CLAVDIVS, ET SCIPIO

Claudius, fratres, illustriss. Hadrien=

sium Duci, Ioanni Antonio

Aquinius Ara-

goneo,

s.



TSI à maioribus nostris, qui desideriū  
discendi, solam uiuendi rationem opti-  
mam esse uoluerunt, multa diuinitus in-  
uenta, atq; instituta sunt: tamē nihil præ-  
clarius, quam ut ij, qui in scientiarum stu-  
dijs elaborauerint, nouumq; aliquod opus, ad communē  
bonum utilitatem, edere uelint, alicui clariss. & sum-  
mae autoritatis viro dicarent: non solum, ut eius nomine  
& præsidio ab inuidorum obtrectationibus defendere=

tur, sed ut daretur occasio studiosis omnibus agendi, &  
referendi gratias illis principibus, ac maximis viris, quo=  
rum beneficio & liberalitate, se totos ad studia doctrinæ  
contulerunt, spretis pecuniae augendæ rationibus. Quam  
obrem cum Marcus Mantua clariss. huius ætatis iuriscon-  
sultus suum opuscolum decem librorum Obseruationum  
legalium (sic enim inscripsit) quod singulari doctrina,  
summo ingenio, prudentiaq; composuit, nostris, & quo=  
rundam studio forum precibus, in lucem dare uellet, ut es-  
sent tanquam arrhabones, ex alijs quadraginta, quos scri-  
bere destinauerat: ac propterea deliberaremus aliquem  
maximum principem eligere, cuius nomini hoc opus dicā  
retur, te unum inter tot illustres, & præclaros huius æ-

a · tatis

# M<sup>r</sup> MANTVAE

BONAVITI PATAVINI

IURIS CONSULTI

## OBSERVATIONVM LEGALIVM LIBER

PRIMVS.

### OBSERVATIO PRIMA.

De abstracto, & concreto.



VONIAM Abstracti, & Concreti, frequens est in iure speculatio, scias uelim lector optime, ualde differre: patet, quia inde uidemus quod ius in abstracto, semper equum, ac bonum est: in concreto uero non, immo quod plerūq; equitari etiā repugnat. I. j. & ibi Salice. in ij. col. C. de lacrofanc. eccl. Itē iustitia primo modo est, ut diffinitur Insti. de iust. & iu. in prin. cōstās, & perpetua uoluntas, ius suū unicuiq; tribuēs. Secūdo autē nō. Rursum in actio ne dubitatur, uigente inter testatorē & heredē, an facto inuētario duret: & deciditur breuiter, quod sic, si in se ac in abstracto cōsideretur, non si in cōcreto, prout est apta agere: & hoc quia apta detrahere, adhuc duraret. I. f. §. in cōputatiōe. C. de iu. delibe. l. in imponēda. C. ad leg. Falcī. tradit Bal. in l. irritū. C. co. qui ad idē quoq; dicit in l. ex hoc iure. in iiiij. col. ff. de iu sti. & iu. quod si cōtractus cōsideretur in abstracto, prout sua essentialia habet, est ius. Si uero in concreto, prout applicatur per facti causā Titio, uel Seio, tūc est facti, & colligetur decla ratio ad tex. in l. cōsilio. ff. de cu. fu. Ad idem lex in abstracto, antequām feratur, semper est certa. l. cū quidā. §. suū. ff. de acqui. hēre. l. si pater. ff. de sol. postquām uero lata est, & sic in concreto, considerabilis, tūc officitur dubia. l. quod Labeo. ff. de Carb. edic. & sentiūt Docto. in rub. ff. de reb. dub. Et idē in dignitate, quae in abstracto nū quam moritur, adeo ut cōmis-



# MANTVAE

BONAVITI PATAVINI

IURISCONS. PVBLI-

CIVIQUE INTER-

PRETIS,

## ISAGOGICVS PER-

QVAM BREVIS MODVS, AD

tollendos ferè quoscunq; licet inex-  
plicabiles, argumento-  
rum nodos.



TSI in procēmio digestorū in prin.  
& in §. quibus. in prima consti. codi.  
& in §. tollendis. de justi. cod. cōfir.  
& in l. ij. in prin. de uet. ia. enu. co.  
lib. omne ius nostrum contrariis pur-  
gatū penitus esse legamus, ita ut non  
sit amplius quid, in quo probabiliter  
possit dubitari: nihilominus tot, &  
tāta signātur in dies, quotidie q; sub-

oriuntur hincinde, ut non facilē explicari prima facie, ne dicā  
solūt, cōcordariq; inuicē posse videātur, idcirco operē preciū  
fore duxi his feriis, quibus à solito interpretandi munere desī  
stendū est, uos formulas quasdā, & locos, siue modos, & uias  
docere, unde tanquam ex peu, solutiones euestigio depro-  
matis, in promptuq; omnia habeatis, facilimumq; uobis e-  
rit, quoniam his (ut dicitur in l. ij. in §. contrarium. C. de ue-  
te. iur. enu.) subtili animo diversitatis rationes excurrentes,  
nihil insolitarum manebit, quod obiectatur disputantibus.

HORVM igitur primus erit, si dixerimus, si simpliciter à uer-  
bis incipientes, aliter intelligi uno casu, aliter uero alio (hoc  
solo enim sine rubore, argu. dilui poterit, si tamē diuersitatis  
ratio, ut dictum est, statim adducatur) exempli gratia, Emit  
quis feruū uitiosum. Is moritur infra sex mēles. certū est, cōtra

o aend